

## PREFACIO DE CUARESMA

VERE dignum et justum est, æquum et salutäre, nos tibi semper, et ubique grätias ägere: Dömine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris, et præmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte júbeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicétes:

### Ps. 6-11 COMUNIÓN

ERUBESCANT, et conturbentur omnes inimici mei: avertantur retro-rum, et erubescant valde velociter.

Avergüéncense y queden llenos de turbación mis enemigos; retírense y váyanse al momento cubiertos de ignominia.

### POSCOMUNIÓN

PER hujus, Domine, operationem mysterii, et vitia nostra purgentur, et justa desideria compleantur Per Dominum.

Señor, que por virtud de este santo misterio, queden purgados nuestros vicios y satisfechos nuestros justos deseos. Por nuestro Señor.

*Oremos. Humillad ante Dios vuestras cabezas.*

### ORACIÓN SOBRE EL PUEBLO

EXAUDI nos, misericors Deus: et mentibus nostris gratiæ tuæ lumen ostende. Per Dominum.

Óyenos, oh Dios Misericordioso y muestra a nuestras almas la luz de tu gracia. Por nuestro Señor.

## PROPRIO DE LA MISA

### VIERNES DE LAS TEMPORAS DE CUARESMA

#### Ps. 24:17,18,1,2 INTROITO

DE necessitatibus meis eripe me, Domine: vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte omnia peccata mea. Ps. Ad te, Domine, levavi animam meam: Deus meus, in te confido, non erubescam. V. Gloria Patri.

Líbrame de mis congojas, Señor: mira mi humillación y mi trabajo, y perdona todos mis pecados. Salmo. A ti, oh Señor he levantado mi espíritu: en ti, oh Dios mío, tengo puesta mi confianza: no quedare avergonzado. V. Gloria al Padre.

#### COLECTA

ESTO, Domine, propitius plebi tuæ, et quam tibi facis esse devotam, benigno refove miseratus auxilio. Per Dominum

Mira, Señor, con misericordia a tu pueblo; y pues le consagras a tu servicio, favorécele benignamente con el auxilio de tu gracia. Por nuestra Señor.

#### Ez. 18:20-28 EPÍSTOLA

HÆC dicit Dóminus Deus: Anima, quæ peccáverit, ipsa moriétur: filius non portábit iniquitátem patris, et pater non portábit iniquitátem filii: justítia justí super eum erit, et impietas ímpii erit super eum. Si autem ímpius égerit pœniténtiam ab ómnibus peccátiis suis, quæ operátus est, et custodierit ómnia præcæpta mea, et fécerit júdicium et justítiam: vita vivet, et non moriétur. Omnium iniquitátum ejus, quas operátus est, non recordábor: in justítia sua, quam operátus est, vivet. Numquid voluntátis meæ, est mors ímpii, dicit Dóminus Deus, et non ut convertátur a viis suis, et vivat? Si autem avérterit se justus a justítia sua, et fécerit iniquitátem secúndum omnes abominatiónes, quas operári solet ímpius, numquid vivet? Omnes

Así dice el Señor Dios: «El alma que pecare, esa morirá: el hijo no llevará por el pecado del padre, ni el padre llevará por el pecado del hijo: la justicia del justo será sobre él, y la impiedad el impío será sobre él. Mas el impío, si se apartare de todos sus pecados que hizo, y guardare todas mis ordenanzas, é hiciere juicio y justicia, de cierto vivirá; no morirá. Todas sus rebeliones que cometió, no le serán recordadas: en su justicia que hizo vivirá. ¿Quiero yo la muerte del impío? dice el Señor el Altísimo. ¿No vivirá, si se apartare de sus caminos? Mas si el justo se apartare de su justicia, y cometiere maldad, é hiciere conforme á todas las abominaciones que el impío hizo; ¿vivirá él? Todas las justicias que hizo no vendrán en memoria; por su

justitiæ ejus, quas fécerat, non recordabúntur: in prævaricatióne, qua prævaricátus est, et in peccáta suo, quod peccávit, in ipsis moriétur Et dixistis: Non est æqua via Dómini. Audíte ergo, domus Israël: Numquid via mea non est æqua, et non magis avérterit se justus a justítia sua, et fécerit iniquitátem, moriétur in eis: in injustítia, quam operátus est, moriétur. Et cum avérterit se ímpius ab impietáte sua, quam operátus est, et fécerit judícium et justítiam: ipse ánimam suam vivificábit. Considerans enim, et avértens se ab ómnibus iniquitátibus suis, quas operátus est, vita vivet, et non moriétur, ait Dóminus omnipotens.

Ps. 85:2,6 GRADUAL

SALVUM fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te. *V.* Auribus pércipe, Dómine, oratióne meam.

Ps. 102:10; 78:8,9

DOMINE, non secundum peccata nostra, quæ fecimus nos: neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis. *V.* Domine, ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. *Hic genuflectitur.* *V.* Deus salutaris noster: et propter glóriam nominis tui, Domine, libera nos: et propítius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.

Jn 5:1-15

IN illo témpore: Erat dies festus Judæórum, et ascéndit Jesus Jerosólymam. Est autem Jerosólymis Probática piscina, quæ cognominátur hebráice Bethsáida, quinque pórticus habens. In his jacébat multitúdo magna languéntium, cécórum, claudórum, aridórum exspectántium aquæ motum. Angelus autem Dómini descendébat secúndum tempus in

rebelión con que prevaricó, y por su pecado que cometió, por ello morirá. Y si dijereis: No es derecho el camino del Señor: oid ahora, casa de Israel: ¿No es derecho mi camino? ¿no son vuestros caminos torcidos? Apartándose el justo de su justicia, y haciendo iniquidad, él morirá por ello: por su iniquidad que hizo, morirá. Y apartándose el impío de su impiedad que hizo, y haciendo juicio y justicia, hará vivir su alma. Porque miró, y se apartó de todas sus prevaricaciones que hizo, de cierto vivirá, no morirá: - dice el Señor Omnipotente.

GRADUAL

Salva, ¡Oh Dios! mío, a este siervo tuyo que tiene puesta en ti su esperanza. *V.* Oye propicio, oh Señor, mi oración.

TRACTO

Señor, no nos trates según merecen nuestros pecados, ni según nuestras culpas nos castigues. *V.* Señor, no te acuerdes de nuestras antiguas maldades: anticipense a favor nuestro cuanto antes tus misericordias; pues nos hallamos reducidos a extrema miseria. *(Aquí se dobla la rodilla)* *V.* Ayudamos, oh Dios salvador nuestro: y por la gloria de tu nombre, líbranos, Señor, y perdona nuestros pecados, por amor a tu nombre.

EVANGELIO

En aquel tiempo, se celebraba una fiesta de los judíos, y Jesús subió a Jerusalén. Hay en Jerusalén una piscina Probática que se llama en hebreo Betzatá, que tiene cinco pórticos. En ellos yacía una multitud de enfermos, ciegos, cojos, paralíticos, esperando la agitación del agua. Porque el ángel del Señor se lavaba de tiempo en tiempo en la piscina y agitaba

piscinam et movebátur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motiónem aquæ, sanus fiébat a quacúmque detinebátur infirmitáte. Erat autem quidam homo ibi, triginta et octo annos habens in infirmitáte sua. Hunc cum vidísset Jesus jacentem et cognovisset quia jam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respóndit ei lánguidus: Domine, hóminem non hábeo, ut cum turbáta fúerit aqua, mittat me in piscinam: dum vénio enim ego, álius ante me descendit. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabátum tuum, et ámbula. Et statim sanus factus est homo ille: et sústulit grabátum suum, et ambulábat. Erat autem sabbatum in die illo. Dicébant ergo Judæi illi qui sanátus fúerat: Sábbatum est, non licet tibi tollere grabátum tuum. Respóndit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabátum tuum, et ámbula. Interrogavérunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabátum tuum, et ámbula? Is autem, qui sanus fúerat efféctus nesciébat quis esset. Jesus enim declinavit a turba constitúta in loco. Póstea invénit eum Jesus in templo, et dixit illi: Ecce sanus factus es; jam noli peccáre, ne detérius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, et nuntiávit Judæis, quia Jesus esset, qui fecit eum sanum.

Ps. 102:2,5

Benedic, anima mea, Domino, et noli oblivisci omnes retributiones ejus: et renovabitur, sicut aquilæ, juvenis

el agua; y el primero que se metía después de la agitación del agua, recobraba la salud de cualquier mal que tuviera. Había allí un hombre que llevaba treinta y ocho años enfermo. Jesús, viéndole tendido y sabiendo que llevaba ya mucho tiempo, le dice: «¿Quieres recobrar la salud?» Le respondió el enfermo: «Señor, no tengo a nadie que me meta en la piscina cuando se agita el agua; y mientras yo voy, otro baja antes que yo.» Jesús le dice: «Levántate, toma tu camilla y anda.» Y al instante el hombre recobró la salud, tomó su camilla y se puso a andar. Pero era sábado aquel día. Por eso los judíos decían al que había sido curado: «Es sábado y no te está permitido llevar la camilla.» Él les respondió: «El que me ha devuelto la salud me ha dicho: Toma tu camilla y anda.» Ellos le preguntaron: «¿Quién es el hombre que te ha dicho: Tómalas y anda?» Pero el curado no sabía quién era, pues Jesús había desaparecido porque había mucha gente en aquel lugar. Más tarde Jesús lo encuentra en el Templo y le dice: «Mira, has recobrado la salud; no peques más, para que no te suceda algo peor.» El hombre se fue a decir a los judíos que era Jesús el que le había devuelto la salud.

OFERTORIO

Bendice, alma mía, al Señor, y no te olvides de sus bondades; y tu juventud se renovara como la del águila.

SECRETA

SUSCIPE, quæsumus, Domine, munera nostris oblata servitiis: et tua propítius dona sanctifica. Per Dominum

Te suplicamos, Señor, que recibas los sacrificios que te ofrecemos en el altar; y dignate propicio santificar estos tus dones. Por nuestro Señor.